Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

# Continvationis, Ivridicorvm Rostochiensivm, Ex Ivdiciis Facvltatvm, Selectorvm, Specimen Tertivm

Rostochii: Typis Rösenianis, [1752]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002345227

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU jurist. 19.Juli.1752
Mantzel, Ern. Joh. Frid.
/b

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002345227/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002345227/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002345227/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002345227/phys_0004
DFG

CONTINVATIONIS,

IVRIDICORVM ROSTOCHIENSIVM,

EX

IVDICIIS FACVLTATVM,

# SELECTORVM,

*SPECIMEN TERTIVM,*

QVOD,

DEO T. O. M. ANNVENTE,

PRAESIDE,

D. ERN. IOH. FRID. Manzeln,

ICTO,

IN AVDITORIO PVBLICO,

DEFENDET,

TOBIAS GODOFREDVS ZEISSER,

WEISSENBVRGO-NORICVS,

MEDIC. CVLTOR,

ANNO MDCCLII. D. XIX. IVLII,

HORIS,

A SECVNDA, POSTMERIDIANIS.

---

ROSTOCHII,

TYPIS RÖSENIANIS.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002345227/phys_0005 DFG

PRÆSTANTISSIMO

# DOMINO ZEISSERO,

S. P. D.

PRÆSES.

Nemo mirabitur, hanc paginam jungere JCtum & Medicum; nemo, inquam, illorum, qui intelligunt, quid ſit medicina forenſis, & qui legerunt generaliſſimam diſſertationem Pragemannianam, de fide, quæ Medicis apud JCtos eſt. Inſpiciantor quæſtiones, quo conſtet, cathedram, hac vice, poſtulaſſe conjunctionem noſtram, *Amice æſtumatiſſime!* E re erat, habere Reſpondentem, Medicinæ Cultorem egregium, qualem in Te invenio, quoniam ex Tuis diſcurſibus animadverti, Te, ex principiis & regulis artis ſalutaris, & ingenioſe & judicioſe, hinc practice diſſerere. Gratulor Tibi eruditionem, dabit Galenus opes feretur que Avicienna quadrigis: Gratulor mihi, de commilitone litteratiſſimo deque amico perquam amabili. Adesdum & inclareſce, inter ſanitatis conſervatores & reſtauratores, & quidem ita, ut eruditus orbis in univerſum ſentiat, Te eſſe in Republica litteraria. Pace tua, Tibi commendo negotium, diu & hactenus deſideratum. Collige Bibliothecam Medico-forenſem. Noſtri fori collectores in ſuis laboribus neglexerunt hoc ſtudium. Collige opera et libros, de Medicina legali conceptos, maxime diſſertationes ſpeciales atque

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002345227/phys_0007 DFG

atque ſchediasmata. Crevit numerus, hoc noſtro ſeculo, vehementer, creſcit indies, ceu probant noviſſima litteraria. *Celeb. Dn.* HEBENSTREIT Med. Lipſienſis, nuperrime edidit Anthropologiam forenſem, ſiſtentem Medici, circa Rempublicam cauſasque dicendas, officium. Elegans eſt ſane liber. Præmiſit recenſum, ſcriptorum, qui de medicina legali expoſuerunt generaliter. Fiant acceſſiones & inſtruatur Bibliotheca diſſertationum aliorumque ſpeciminum, ſpecialia tractantium. Non erit labor diei, vel menſis, ergo fiat initium & pergatur per annum; Sic habebis inſignem farraginem, ſalvis ſupplementis. Vale & cathedras ulterius orna. Patebit ſuperior, nec erit, ut Tibi officium meum offeram, illud nempe, quod, ex autoritate ſuprema, datur exercere. Vale & auge numerum, Medicorum circumſpectiſſimorum. Amorem tuum mihi promitto atque expeto.

Dab. d. XVII. Iulii, anni MDCCLII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002345227/phys_0008
DFG

# SELECTORUM ROSTOCHIENSIUM,

## FASCIC. VI. SPECIMEN III.

DEFENSUM,

A

TOBIA GODOFREDO ZEISSER,

WEISSENBVRGO - NORICO,

MEDIC. CVLTORE.

ANNO MDCCLII. d. XIX. JULII.

---

### *QVÆSTIO I.*

### *Ad caſum philtri.*

Multa circumferuntur, de philtris, quæ forte, cum aliis, aliquando reformabuntur. Habuimus, ad noſtra tempora usque, cantica quædam in theoria, multas paginas facientia, quæ cum die ad apocrypha erunt relata. Exemplum praebent doctrinæ, de eo quod juris eſt, circa hermaphroditas. Committimus nos fidei, arti & autoritati celeberrimorum Duum-Virorum, HEISTERI atque HALLERI. Sed ad philtra. Quod dentur, in pharmacopoliis vendibilia, quæ hominibus intellectum poſſunt corrumpere, quis eſt qui negat: Quod dentur inſidioſæ feminæ, (rariores ſunt narrationes, de philtris a maſculis præbitis) quæ captant maſculos, pariter eſt verum. Hinc, ſi quis et ſi quae, vivunt in gradu con-



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002345227/phys_0009
DFG

ſortii, altera pars dementiæ procurationem, media inter alia lenocinia laſcivasque inter anſas, exercere poterit. Quod autem Circe quædam poſſit per philtrum maſculum, alias Circen pro nube habentem, vel plane non noſcentem, in amorem ſui indiuidui trahere, credat, qui velit. Etiam mirabilia, et quæ per magiam naturalem expediuntur, habent, per analyſin, principia & concluſiones. Daß aber ein Weibesbild könne einen abweſenden durch einen ans Feuer geſetzten Topf herkochen, daß, ſo wie ſie denſelben ab- oder anſetzet, der, auch 100 Meilen entfernter, geängſtiget oder beſänftiget werde; Daß man könne einen Geliebten mit dem Haſpel aus der Ferne herziehen; Iſt eben ſo lächerlich, als wenn man pflegte zu gläuben, die Liebhaber lieſſen ſich auf Böcken herführen. Quæ plane abeunt a doctrinis, vom Weſen des Geiſtes und der Materie, ea rarefiant in theſibus philoſophantium & JCtorum. Sola diſtinctione practica, inter formale & materiale delicti, ſalva. Delinquunt enim, qui exercent artes aniles, utut nihil efficiant. Sagæ, quæ ſtrenue confitebantur, ſe cum diabolo concubuiſſe & itinera ad bructerum montem feciſſe, flammæ etiam, ex capite blasphemiæ, fuerunt dignæ; Sed pacta explicita & immediata cum diabolo ſibi concipere, vel craſſa ſenſuum externorum argumenta admittere, eſt difficile & nos petimus dilationem. Theſauros, ea mente, ac ſi malus ſpiritus opem ferret, eſſe ſæpe quæſitos, concedimus; Puniemus etiam quærentes condigne atque duriter; Sed alia eſt quæſtio, an unquam theſaurus ope diaboli ſit inventus. *B.* SCHOEPFERVS *in Syn. Pand. tit. de A. R. D. n. 47.* ut credimus, ludit, ſcribens: *ardua eſt quæſtio, an ſpectrum, theſaurum nobis indicans, ſequi quis poſſit* κ. τ. λ. Pygmæorum nationem emortuam tandem eſſe, ſperamus, rarius enim auditur van Undererdſchen, van Chimcken &c. Rarefiunt ſuperſtitioſæ traditiones, ſ. der Aber- oder Ueberglaube; Succedunt tamen alia vitia, per ipſam perſpicaciam, ſæpe inſanientem, irrepentia, quæ forte appellari mererentur der Unglaube, oder Minglaube. Quo majores videntur fieri in ſtudiis progreſſus, eo cautius procedendum erit, uti eſt in conſilio veteris Ariſtippi. Non enim ſomnia ſunt tantum dormien-

mientium, ſed dantur pariter talia vigilantium. Nullius in verba: Interdum etiam ſcenicis aurem oculumque concedimus.

Sed philtra erant in themate. Narrantur, etiam in ſubſellio non infimo, hiſtoriolæ formidoloſæ, quarum veritate conceſſa, ipſi bono ordini naturæ vis fieret & viveretur in periculis, a quibus tutos nos merito æſtimamus per providentiam divinam. Venena quidem dantur, ad mundi perfectionem, ſed uſus & virtus naturalium adeo ſubreptitius, qualis in philtrorum hiſtoria traditur, offenderent omnino circulos. Relatus eſt caſus Roſtochienſis, intra-ſecularis, terribilis, quem in vernacula repetere placet: Eine Perſon, die zwar guten Standes, aber nicht eben reinen Gerüchts, wollte ſich gerne an einen, ihr geliebten, gelehrten Mann machen. Weil aber ihre Anſchläge vergeblich, verſuchte ſie es durch loſe Künſte. Sie ſandte an den Mann einen koſtbaren Marcipan. Weil aber die Mutter des Mannes das Geſchenke annahm, und derſelben, im Nachdenken, alles verdächtig vorkam, gieng ſie vor das Haus, und warf einem daſelbſt ſich findenden Schwein den Marcipan zu. Des folgenden Tages kam daſſelbe Schwein und lärmete an der Thür des Hauſes, worin die Jungfer logirte, umb eingelaſſen zu werden; Als man denn die Thüre öffnete, umb zu ſehen, was davor polterte, drang das Schwein ins Hauß, lief eiligſt auf die Jungfer zu, richtete ſich auf, fiel derſelben um den Halß, ſo daß ſie ſich durch Gewalt und Hülfe deſſelben entſchlagen mußte. Non referimus hoc, ac ſi crederemus; Sed fides referentium, quibus tum temporis plurimi contradicebant, manſit obſtaculum fecitque hæc hiſtoria multam operam. Proh! ſi talia forent inter artis meretriciæ lineamenta! Brevibus, nos ſumus, in hoc themate, increduli. Majores non ita. Audiatur judicium Anteceſſorum Roſtochienſium, anno 1597. d. 18. Martii, datum M. Folchero Ligario, Paſtori zu Borg uff Femern: Unſere ⸗ ⸗ Als ihr uns einen Bericht ⸗ ⸗ Demnach erachten, ſprechen und erkennen wir Dechand ⸗ ⸗ darauf denen Rechten gemäß zu ſeyn;

Iſt die angezogene Jungfer eurer Frauen Bruder Nathan, wie derſelbe anno 95 bey euch in Koſt und inſtitution geweſen, oft nachgangen, hat ſich auch bey ihm, wo müglich, befunden, und ihm endlich etliche Roſinen zu eſſen gegeben; Der Geſelle aber, wie er nach Frankfurt ſich verfügt, und alda in Magiſtrum promoviret, hat ſich ſehr nach Femern geſehnet, bis er endlich den 15 Febr. jüngſt alda wiederum angekommen. Wie nun ermeldter Nathan alſo wieder ankommen, iſt er ziemlich zufrieden geweſen, bis die Jungfer, den andern Mittwochen, nach ſeiner Ankunft, als den 23 Febr. in ihres Nachbaren, des Stadtſchreibers, Nathanis Bruders Hauſe, mit ihm etliche Worte gewechſelt; Darauf er Nathan des nechſten Nachts in ſolche Angſt gerathen, daß er vom Bette gelauffen und geklagt, der Pott wäre uf dem Feuer, und man ſöge ihm das Herze aus dem Halſe. Es hat auch erwehnter Nathan, von derſelben Nacht an, bey ſeiner Schweſter, ewrer Frauen, immer angehalten, ſie möchte doch die Jungfer beſprechen, nicht daß ſie ſchuldig wäre, ſondern ſie nur fragen, ob ſie ihm etwa lieb hätte, und umb die Urſach ſeiner Angſt wüßte, ſo wollte er, gebürlicher Weiſe, um ſie werben laſſen. Er hat auch ferner, wie die Angſt und Quaal zugenommen, den 25 Febr. zu Nacht, die Jungfer genennet, und faſt kläglich über ſie geruffen. Endlich hat die Krankheit dem Geſellen ſeine Vernunft und Verſtand genommen.

Wofern nun, gedachte eure Hausfrau, ermeldte Jungfer, als ſie dieſelbe, den 2. Mart. in ihres Bruders, des Stadtſchreibers, Hauß fordern laſſen, alleine ins geheim und mit Bedingung, ſie wolte es ja nicht zum ärgſten ufnehmen, gefragt, ob ſie etwan um des Nathans Jammer und Angſt wüßte, weil er über ſie ſo jämmerlich riefe; der Stadtſchreiber, als ihr Bruder, auch zur Jungfer, als er darüber zu Maaſſe gekommen, und ſie ſich entſchuldiget und verflucht, geſagt, wie ich auch die Sache anſehe, und aus allen Thuende vermerke, ſo werdet ihr freylich daran ſchuldig ſeyn, denn die ſo leicht und ſchrecklich ſchwöre, denen glaubte er nicht ꝛc. Hernacher aber ſolche der Schweſter, ewrer Hausfrauen, die beharrliche Verwandniß der Jungfer

des

des geringſten uff und ‹ ‹ mit Bitt, weil ſolche Vermahnung nur in geheim geſchehen, ſie auch mit der Entſchuldigung, friedlich und ſonſt noch niemand darum wüßte, ſo wollt ſie dis alles auch heimlich bey ſich bleiben laſſen; So ſind der Jungfer Aeltern deswegen eure Hausfraue, oder auch den Stadtſchreiber injuriarum zu belangen nicht befugt; Sondern es wird Ewre Haußfrau und der Stadtſchreiber, von ſolcher Klage, da ſie allbereit angeſtellt, oder noch angeſtellet werden möchte ‹ in Anſehung aller Umſtände billig abſolvirt und entbunden.

Degeneravit hæc ſpecies in actionem injuriarum & nos putamus, quod ille Nathan ſibi ipſi dederit philtrum. In amore omnia inſunt & forte formoſam Coridon ardebat Alexin affectibusque abripiebatur. Quod ſi enim contrarium teneremus, vis fieret principiis. Salvo, ſi quod datur, rectiori.

## QVÆSTIO II.

*Num ab unguiculis digitorum & pedum, ut & ab integritate partium corporis, ad maturitatem, hinc, coeteris paribus, vitalitatem, ut & a linguæ prominentia, ad ſuffocationem, queat concludi.*

Judicium Boizenburgenſe anno 1702. m. Januar. dabat occaſionem, ampliſſimæ Facultati Medicæ, ſequentem in modum reſpondendi: Wir geſtehen gantz gerne, daß dieſe derer beyden Chirurgorum und Hebemütter angeführte, theils concluſiones, theils rationes durchaus keinen Grund haben. Denn was die erſte rationem betrift, es wäre nemlich das Kind volkommen und zur Geburt reif geweſen, welches ſie daher probiren wollen, weil es keinen Mangel, weder an denen Nägeln, noch ſonſt an denen Gliedmaſſen gehabt; ſo erhellet klar, daß ſolche ratio probandi gar nicht folge, weil, nach täglicher obſervation derer Medicorum, weder dem partui ſextimeſtri zuweilen, vielweniger dem ſeptimeſtri ſolche angezeigte Merkmahle fehlen, auch ſonſt dieſelben natürlich keinen Mangel haben, ſondern, in allen Stücken, nach proportion, völlig und gut beſchaffen ſeynd, da doch der-

gleichen partus zur Geburt noch nicht völlig reif befunden werden. Und ſo die andere raiſon aus der erſten folgen ſollte, iſt die ineptitudo conſequentiæ bereits erwieſen. Als auch die älteſte Hebamme ſagen wollen, daß, wenn das Kind geſtickt wäre, ſo müßte das Zünglein zwiſchen dem Zahnfleiſch ſich herausgegeben haben; So lehret die Erfahrung das Gegentheil; Denn wie der embryo in utero, wenn er nur erſt magnitudinis fabæ majoris, vel nucis moſchatæ iſt, os ad utramque auriculam hians, und, ſo er nur ad longitudinem unguis digiti auricularis gekommen, ſciſſo ore obſerviret wird, *vid.* HARVÆI *exerc. 68.* alſo auch nothwendig, nach proportion, das Zünglein vorſtehen muß, ſo iſt, in fœtu integro et ad partum maturo, deſto mehr gewiß, daß das Zünglein inter maxillas hervorſtehen müſſe, wenn das Kind todt aus Mutterleibe gekommen iſt, weil ſolches, per ſubitaneam in utero mortem, den ſitum behält, denn es, ex neceſſitate liquoris nutritii, citeriorem in interiora tranſitum impediente, haben muß, wie ſolches, ex obſervatione Medicorum, *vid.* HARVÆI *exerc. 56. f. 372. & Ant.* EVERHARD *p. 163.* und der täglichen Erfahrung ſattſam erhellet. Denn eben dieſe lingua, inter maxillas nonnihil prominens, bey dem foetu humano, eben dasjenige erſetzen muß, was bey denen brutis ein beſondres corpus ſpongioſum, inter labia reperibile, verrichtet, welches ihnen, weil bey ihnen in utero die Zähne ex alveolis hervorbrechen, als ein Schwamm dienen muß, damit ſie den ſuccum nutritium, zu ihrer Nahrung einſaugen können, und iſt dieſes umb ſo-viel mehr zu obſerviren, als, per inductam fœtui in utero mortem, wie allen partibus, alſo auch der Zungen eine rigiditet zukommt. Wie nun, bey ſolchen Umbſtänden die angegebenen indicia fœtus in lucem vivi editi gar hinfallen, ſo concurriren andre argumenta, daß das Kind wol im Mutterleibe bereits umbgekommen. Der Chirurgus und die Hebamme hätten billig nach der Nabelſchnur ſehen mögen, ob dieſelbe ſchön weiß, oder gelb und läppich ausgeſehen, welches letzte hier als ein adjumentum indiciorum, de morte fœtus in utero, zeugen können.

## QVÆSTIO III.

*De plagis, matri gravidæ inflictis, in embryone obſervandis.*

Anno 1695. reſpondebatur, Coenobii Dobberthinenſis Præfectis, m. Febr. Auf vorhergehende Schlägerey, zwiſchen F. Schönfelds und H. Wilkens Frau, hat dieſe, zwar nach acht Wochen, ein lebendiges Kind zur Welt gebracht, ſolches aber hat, oberwerts des Leibes, ſchwarze Flecken hin und wieder gehabt; Auch iſt es vom Bauche an, bis an die Füſſe, und ganzen Rücken kohlſchwarz, auch ein ſchwarzer Strich, über den Kopf, als wäre er mit einem Stock geſchlagen, zu ſehen geweſen, nebſt einer Beule, welche ſich bald eingezogen, bald herausgegeben, nebſt beſtändig gebliebenen Beulen: Auch hat das Kind eine Wunde in der Seite gehabt, welche vor deſſen Tode zugeheilet. Das Kind hat viel gekranket und groß Elend ausgeſtanden, und iſt in der 9ten Woche, nach der Geburt, verſtorben. Quæritur: Ob die Flecken und Beulen von denen Schlägen, welche die Mutter, acht Wochen, vor der Geburt, erlitten, entſtanden, und ob der Tod des Kindes dadurch verurſachet. Wir antworten, aus denen fundamentis artis, daß, nachdem die Frau ſo übel tractiret, das Kind nothwendig den darauf erfolgten effectum mit empfinden müſſen; Indem bekannt, auch alle Doctores unanimiter dafür halten, quod foetus non propria vita in utero vivat, ſed ex matre ipſius dependeat, ſo daß man obſerviret, wie ſelbiger, entweder durch die der Mutter zugeſtoſſene alteration, oder andre Dinge, ſo die humores und ſuccos verdorben und geſchwächet, entſtanden, ſo daß kein Zweifel, daß die üble Zurichtung des Kindes durch die der Mutter gegebene Schläge, und daher entſtandene alteration, verurſachet, auch die Flecken und Bäulen daher ihren Urſprung gewonnen. Ob aber præciſe der Tod davon zu ſchlieſſen, läſſet ſich apodictice nicht ausmachen, weil ſo viele Wochen zwiſchen gelauffen.

## QVÆSTIO IV.
### *De vulnere diaphragmatis, quatenus ſit lethale.*

Anno 1702. d. 21 Jul. ad acta Ploenenſia, ad utramque facultatem miſſa, Gratioſa Facultas ita: Daß die durch die beyden vorhero dazu beeydigten Chirurgos entdeckte und von der lincken Seite der Gröſſe eines Daumes breit, durch die vierte und fünfte coſtam, notharum coſtarum, eingegangen, und, per nerveam, ſive tendineam diaphragmatis ſubſtantiam, in ipſum hepar, ad altitudinem quinque digitorum transverſorum gedrungene Wunde, allerdings per ſe und abſolute lethalis zu halten ſey, und der defunctus, Adolph Rönnaw, daran nothwendig ſterben müſſen; Denn, auſſer dem, daß, von Galeni Zeiten her, auch die Herren Medici, welche die vulnera diaphragmatis, in determinanda earundem lethalitate, wenn ſie nicht nerveæ, ſondern ramoſæ diaphragmatis parti infligiret, genau diſtinguiren und ſelbige, wiewol ohne Grund, nicht für abſolute lethal ſetzen wollen, dennoch hier durchaus übereinkommen, und ſelbige für abſolute lethalia, unanimi ſuffragio, ausruffen, folget hier die lethalitas ex ſimplici neceſſitate, weil 1) die Wunde in diaphragmatis textura inconſolidabili zu finden, und überdem 2) actio reſpiratoria interturbiret worden, auch 3) der continuus motus durchaus die conſolidation verhindert, als welche nicht anders, als per quietem erhalten werden mag, ſo gar, daß auch ſchon von denen Medicis eine durch die Erfahrung unzählig confirmirte Regul recipiret worden; Ad vulneris conſolidationem requiritur quies. Hiezu kommt noch die fünf Finger breit tieffe vulneratio hepatis; denn wie dieſelbe an ſich aus einer ſehr friablen textur beſtehet, welche ſehr difficil die conſolidation zuläſſet, und überdem mit ſo unzähligen ramis vaſorum ſanguiferorum, ad miraculum & ſtuporem, durchwebet; ſo iſt, bey vorkommenden Umſtänden, da die Wunde fünf Finger breit tief in die Leber gegangen, ohnmöglich, daß nicht eine groſſe Menge vaſculorum ex ramis venæ portæ, venæ cavæ, arteriæ cœliacæ dextræ & bilariorum intertextorum ſollte laceriret und zerſchnitten ſeyn, dadurch denn der Tod ex duplici

plici abſoluta lethalitate, auf dieſe Verwundung, erfolgen müſſen. Welches alles, nach denen fundamentis artis medicæ, gegründet.

## QVÆSTIO V.

*Utrum ſpecies dyſenteriæ*, die Rothe Ruhr, *ſufficiat ad teſtamentum privilegiatum.*

Es iſt bekannt, ita Anteceſſores, was die Rechte für Abſätze von denen privilegirten letzten Willen, inſonderheit, in Abſicht der Peſt machen. Man diſtinguiret, auf vielerley Art, unter andern kömmt auch vieles darauf an, ob der teſtator ſelbſt bereits ſchon, an der anſteckenden Seuche, danieder liege, oder ob nur dieſelbe, an dem Orte, wo er wohnet, NB. graſſire. Wann nun, in præſenti caſu, die ſeel. v. Sidow an der rothen Ruhr geſtorben, wäre die donatio mortis cauſa, propter hoc requiſitum, zu Rechte beſtändig und genug, wenn nur zweene Zeugen dabey erfodert wären, *per DDres.* Nur wil es darauf ankommen, ob dieſe dyſenteria inter morbos contagioſos zu rechnen, oder nicht; Welches wir, in dieſem Fall, allerdings bejahen müſſen, (obgleich ſonſt, die diſtinction, inter levem & gravem paroxysmum, noch viele Anmerkung litte) indem die cauſa privilegii ultimarum voluntatum, in morbis contagioſis conceptarum, dieſe iſt, daß man, propter metum infectionis, keine Zeugen haben kan, *vid.* CARPZ. *P. III. C. 4. d. 2.* STRYCK. *Caut. Teſt. c. 10. §. 9.* Daß nun die dyſenteria qu. der Gattung geweſen, wird durch das atteſtatum artificis, cui, in ſua arte, credendum, donec probetur contrarium, behauptet. Anlangend aber, die angezogene Königliche Conſtitution, welche ausdrücklich verordnet, daß die Zahl derer Zeugen nur in dem Fall ſollte geringert ſeyn, wann keine Obrigkeit des Orts iſt, wo der teſtator, graſſante contagione, ſtirbet; So können wir mentem Auguſtiſſimi Legislatoris nicht wiſſen; Unterſtehen uns auch nicht, dieſe Verordnung zu interpretiren, weil die avthentica interpretatio von allerhöchſter Hand zu erbitten; Doch müſſen wir wol ſchlieſſen, daß die Worte dermaſſen ſtrictè, wie ſie da liegen, nicht können verſtanden werden;

den; theils, weil favor ultimarum voluntatum in jure ſehr groß, auch, pro teſtamento, in dubio die interpretatio zu machen, *l. 10. ff. de inoff. teſt. l. 85. de R. I. l. 1. C. de SS. eccl.* MENOCH. *Conſil. 544. n. 4.* ZASIUS *Vol. I. conſil. 12. n. 33.* Theils, weil auch, ex contextu conſtitutionis wol zu verſtehen, daß auf den letzten Willen des teſtatoris einzig und allein geſehen, und ſelbiger, in ſubſidium, durch eine Obrigkeit, oder Notarium vollzogen werden ſoll. Vid. verba: Wann der Wille des Teſtatoris vorhanden; Oder durch obige (Obrigkeit und Notarios) darzuthun. Wiewol, da ein anders, per interpretationem avthenticam, ſollte beygebracht werden können, die Sache darnach müßte entſchieden werden, ſo wir aber auch daher nicht glauben können, weil dieſe acta, ohne information, ad extraneos gebracht, und alſo ad jura communia compromittiret worden.

## *QVÆSTIO VI.*

*De impotentia maſculi, inopinata, forte curabili; De exceſſu uſus Tabaci, num faciat impotentes.*

Leguntur, inter Collegiorum chartas, varii caſus, impotentiæ conjugalis. Sunt illi nonnunquam adeo ſpurci, ut ſelecta hæc tantum non deturparent, niſi jurisprudentia, quæ injuſti etiam eſt ſcientia, turpiſſima poſſibilia haberet intra ſuos circulos. Praxis Conſiſtorialis ſemper virides habet caſus, ceu probant requiſitiones Medicorum atque Chirurgorum nuperrimæ. Diſtinctiones impotentiæ, in antecedentem, ipſo in primordio conjugii emergentem & conſequentem: alia, in totalem & non, quam frigiditatem appellant: alia, in abſolutam & reſpectivam crepitant in ſcholis & curiis. Emerſit nuper nova diſtinctio, præeunte judicio medico-chirurgico, qua feminam, ad cohabitationem, utut anomalam, non plane ad pariendum tamen abſoluteque ineptam. Cauſa huius aſſerti erat in infelici cura fracti oſſis ex quo valde etiam claudicabat. Declarabatur & illud conjugium pro nullo. Remittimus hac vice omnes alios caſus, ad futurum ſelectum, & jam excerpimus exemplum impotentiæ maſculinæ, contra opinionem ſponſi, circa tentatum primum concubitum, detectæ.

Com-

Communis ſolet eſſe fabula, de artificiis magicis, von Neſtel-knüpfen, quæ exprimuntur populariter, ita: Es ſey denen Hochzeitern, und zwar dem Bräutigam, Schelmerey geſchehen. Operoſe de his talibus, præter alios, agit, SIMONIS *in delin. impot. conj.* Caſus ſelectus huc faciens obveniebat anno MDCCXXXV. & erat Marchicus. Conveniebant in eo conjuges nuper copulati, quod niſus hactenus fuerant fruſtranei; Mirabatur autem maritus ſtatum ſuum, aſſerens, ſe nunquam ſibi habitum fuiſſe impotentem, ſed, in præcedenti conjugio, cohabitaſſe, procreaſſe. Interrogatus de cauſis, reſpondebat: Er glaubte, daß das heftige Rauchen des ſchlechten Land-Tobacks ihn ungeſchickt gemacht hätte. Concipiebatur ergo ſententia: Daß ſie zur Zeit noch gehalten, in der Verbindung, und daß er, der Ehemann ſchuldig, ſich in dem Toback-Rauchen zu mäßigen, da denn, nach abgelauffener Jahres-Friſt, falls die facultas coeundi nicht wiederhergeſtellet, und ſie, das Eheweib, ſich hinwieder gebührend melden würde, weiter ergehen müßte, wie Rechtens. Rationes decidendi fluebant, absque ambitu, weil man mit der nullitets-Erklärung, einer ſolchen Ehe nicht gerne gleich zufähret, ſondern wenn ſie noch neu, die ſpes reſtitutionis zum Grunde, der Fortſetzung, mit Befehl alle Mittel anzuwenden, ſich zu curiren, zu legen. Weil dann der B. K. der, ſeiner impotentiæ halber, in Rückſicht auf ſein voriges Vermögen, ganz betreten, ſelbſt das übermachte Toback-Rauchen, als eine vermuthliche Urſache ſeiner enervation anziehet, und es ſeyn mag, daß ſolches gegründet; ſo haben wir, weil man auch ſonſt wol, ſub ſpe recuperandæ ſanitatis, vel impetrandæ aptitudinis, dergleichen copulirten eine Zeit beſtimmt, welche herdurch ſie noch ſollen beyſammen bleiben, wie geſchehen, ſprechen wollen. Fiebat argum. ex Ord. Conſiſt. Meckl. tit. von Weglauffen und muthwilliger Deſertion der Eheleute, verbis: ſo viel immer müglich, und ohne Verletzung der Gewiſſen geſchehen kan, das heimverlaſſene Theil getröſtet und aufgehalten werde.

Meretur cauſa tabaci, ſi innocens eſt, defenſionem: Sin minus, referatur hic caſus ad cautelas, juxta verſiculum:

Periculum ex aliis facito, tibi quod ex uſu fiet.

Omne nimium vertitur in vitium. Vinum ipſum, quo nobilius nihil, eſt in exemplo, exhilarat atque facit ſtultos. Non raro occurrunt quæſtiones, an & quatenus ebrius ad copulam carnalem ſit aptus. Depromentur caſus ſtuprorum violentorum ut & impraegnationis imputatæ, in quibus rei turpes luſus non negant, lineæ autem conſummationis, a parte altera allegatæ, ex capite ineptitudinis, propter ebrietatem, plane contradicunt.

Amicus, Medicus celeberrimus, inter diſcurſus, hoc promebat judicium: Es iſt wahrſcheinlich, daß der Mann, welcher vorhin nicht ungeſchickt geweſen, ſein Unvermögen, dem übermäßigen Toback-Rauchen zuzuſchreiben habe. Die Freunde des edlen Krauts, werden zwar fleißig auf andre Urſachen ſinnen; Alleine ſie mögen zufrieden ſeyn, daß nur vom Mißbrauch und von einem ſchlechten Landgewächſe die Rede ſey. Der Wein hat eben dieſe Anſtellung, daher Ovidius ſchreibet:

Vina parant animum veneri, niſi plurima ſumas,
Et ſtupeant multa corda ſepulta mero.

Wo der Mann qu. bey ſeinem Rauchen wenig trinket, dennoch Speichel auswirft, wo er überdis von Leibe dürre und mager, ſo hat bey ihm ein Mangel derer nöthigen Säfte, und eine üble Verdauung und Bereitung des Nahrungs-Saftes, folglich ein ungeſundes Geblüt entſtehen müſſen. Bey ſolchen Umſtänden mag die Abſonderung, derer verſchiedenen Feuchtigkeiten nicht wol von ſtatten gehen, und es muß dem Manne wol fehlen. Es kömmt hinzu, daß ein ſchlechter Toback, wegen derer ſchwefelichten und narcotiſchen Theilchen, das Gehirn beſchweret, den Einfluß derer Lebensgeiſter behindert, und, in denen Nerven, eine Unempfindlichkeit zuwege bringet. Es wird alſo durch Einſchränkung des Rauchens und beſſeres diæt der Verſuch zu machen ſeyn. Ergo ſubſcribendum ſententiæ.

## *QVÆSTIO VII.*

### *De dracone volante.*

Eſſe tale phænomenon, quod Phyſici vocant Draconem volantem, ex omnium conſtat doctrinis; Nec adeo rarum eſt illud, quin,

quin, inter noſtros coætaneos, dentur nonnulli, qui illud viderint ipſi. Obſervatur, hæc ſpecies ignis fatui, in plane infima aeris regione, unde videtur nonnunquam ingredi domuum cavitates, quamvis reapſe alliſum vel attractum per corpora craſſiora, diſſipetur ut vapor quodammodo ſulphureus, &, ceu obſervatum, glutinoſus. Præbuit hoc phænomenon, illis temporis, quæ ſagarum erant fertiliora, indicium criminis veneficii. Ipſi, judices non alieni erant ab hoc argumento, utplurimum invidioſo; Qui enim boni erant oeconomi, a pravis vicinis, ſolebant facile traduci, daß ſie hexen könten, und daß der Drache ihnen Geld und Guth brächte. Audiatur reſponſum, anno MDXCIII. d. 3. Jan. datum Bürgermeiſteren, Gericht und Rath, der Stadt Weſenberge: Obwol der Gefangener H. S. Zeit ſeiner angenommenen Bürgerſchaft, ſo viel nicht gehabt, daß er dieſelbe mit barem Gelde belegen und erſtatten mögen, und itzo ſo viel erworben, daß er ein Hauß erkauft, und von einem Bürger berichtet, als daß derſelbe geſehen, daß, bey Abendzeit, ein rother Dracke uf ſeinen Boden geflogen, und darnacher ſo hart gefallen, daß er es in ſeinem Hauſe hören können; So ſeyd ihr jedoch ihn, ſolcher angezogenen Bezüchtigung halber, mit peinlicher Tortur, noch zur Zeit, belegen zu laſſen nicht befugt, ſondern, da mehr Leute, denn der eine Bürger, den Dracken uf ſeinen Boden fliegen geſehen, und dieſelben würden es, wie Recht, mittelſt cörperlichen Eydes betheuren und wahrſagen; Uf den Fall ergienge, uf ſolche eydliche Kundſchaft und ſeine darauf gehörte Antwort, ferner was Recht iſt. Ohe! Si diabolus pecuniam, frumentum, alia, uni, mediante illo internuncio, afferret, aliis deberet auferre allata; Vana autem eſt opinio, daß der Teufel etwas hole; Si enim illam haberet facultatem rerum locomotivam, corrumperetur omnis ſecuritas & cuinam, quæſumus, incumberet onus probandi. Draco igitur rectius deſcriptus jacet in ſcriptis Phyſicorum, junioris ævi. E. gr. STURMIUS *in Phyſ. elect. pag. 1286.* ita: *a nonnullis relatum, ejusmodi draconem*, quem, p. 1282. deſcripſerat per maſſam exhalationis in aere accenſæ & lucentis, majoreque talium copia ſic diſpoſitam, ut capite & cauda quaſi graciliore, ventre autem ampliore figuram qualemcunque dra-

conis alicujus ruditer exhibeat, *volantem viſum eſſe aliquando ſupra culmen alicujus ædis hærere. De hoc dracone*, pergit, *vulgus & philoſophos varias agere nugas. Add. Philoſophi L. B.* WOLFFII. Gedanken, von Wirkungen der Natur, *cap. 8. §. 333.* ubi de lepidis fictionibus figurarum.

## *QVÆSTIO VIII.*

### *De cruentatione cadaveris, hominis occiſi.*

Et hæc praxis, ſobriis temporibus, ceſſavit, ſalvo clamore violentiæ, dem Zetter-Geſchrey, quod in nonnullis judiciis adhuc eſt uſitatum. Legatur SCHOTTELII *collectio ſingul. antiqu. Germ. jur. c. 3.* vom Baar-Recht. *Petr.* MULLERUS *de jure cruentationis, feretri & ſandapilæ. E. A.* STRYK. *de proclamatione & banno homicidæ fugitivi*, MASCOV. *de clamore violentiæ*, vom Zettergeſchrey, aliique, maxime BECMANN. *de judiciis Dei.* STRYKIUS all. accurate diſtinguit das Baar-Recht, quod in caſu incerti, & das Baan- vel Bann-Recht, quod in caſu certi exercebatur. Art. 87. Conſt. Carol. inſcriptus eſt: Von Beſchreyen, des Beklagten. Interpretes ſe varie torquent. Qui vivam praxin obſervaſſent localem, ad quam remittit Imperator, non indiguiſſent conjecturis. Quamvis enim de homicida nominatim conſtet, tamen fit proclamatio, ceu ex Actis Altonavienſis, aliquando ipſi obſervavimus. Quod in his terris Meckl. fuerit olim pariter in uſu, probant exempla in protocollis antiquis. In veteranorum practicorum libris conſpiciuntur imagines feretri & liber ille venuſtus, quem autor appellavit den Reinke Voß, quique juris antiqui illuſtrationem poſſim præbet gratiſſimam, exhibet particulam hanc proceſſus criminalis, occaſione gallinæ a vulpe occiſæ, cum figuris, in antiquiſſima editione Roſtochienſi, ex anno 1549, omnibus aliis præſtantiori. Qua praxin patriæ vid. Selector. Faſcic. IV. p. 80. 160. ubi majorum phraſis, huic cauſæ propria: Den Lebendigen bey den Todten bringen laſſen: Ubi exemplum Meckl. ex anno 1605. da der Entleibter, da derſelbe, in der Thäter Gegenwart, vor Gericht beſchreyet, blutige Zeichen von ſich gegeben. Hæret aqua. Miracula non negamus, ſed non expectamus, vel nobis promittimus, unde nec affirmative, nec negatiue fieri potuit

ruit argumentum. Omnia igitur vel ſunt vana, vel accidentalia, vel expectatur ratio phyſica. Allegatis exemplis addimus hodie aliud, ex anno MDXCIII. d. 12. Jan. in quo Facultas reſpondebat Moritz Kirchdorfen, zu Neukohr, daß Hans Levizowen zu Dölitz nicht gebüret hätte, einen eilf Wochen und zwey Tage, nach empfangenen Schlägen, verſtorbenen, obwol derſelbe am Kopf verwundet, und an der Stelle noch Wehtage empfunden, beſchreyen zu laſſen. Putarunt igitur læſionem lethalem non poſſe tamdiu circumferri. Alii non captant dies criticos, ſed expectant caſuum ſpecialia. Hi noſtri ſunt.

## COROLLARIA.

1. Eſt inter noſtratium floſculos: Wen he an de erſte Lägen ſtickt wäre, levede he al lange nich mehr. Meditantes, num in illo ſit aliquid ſalis juridici, incidimus in antiquum modum purgationis, per offam vel panem adjuratum, quod judicium vocabat corsned. *Vid.* HEINECC. *Jus Germ. L. III. tit. 6. §. 237.* Transferimus verba: *Offerebatur homini ſuſpecto bolus vel offa, certa conceptione verborum certisque precibus adjurata, credebaturque illum hac offa ſuffocatum iri, qui delicti, cujus incuſabatur, reus eſſet.* Jam ingenium combinare poterit ideas.
2. Ick will Hand van Harten ſchlähn, dicunt plebeji, quando, in arduis cauſis, cum aliqua formidine, poſt ſollicitudinem, in ambigua deliberatione, decernunt, quid tandem agere velint. Juvent ingenia, ſi quid ad nexum faciens inciderit.
3. Verbum: Verquaſen, adhibetur, quando de prodigo cibi & potus uſu ſermo eſt. Fraaß und Qvaaß junguntur interdum. An ſolius rythmi gratia, ut ſolemus ſœpe vocabula facere, nihil importantia; An Qvaaß potum denotet, dicant alii. In lingua Ruſſorum Qvaſt eſſe ſpeciem fluidi, quo homines fruuntur, ipſi audivimus ſœpe.
4. Quid ſit die Maare, welche die Leute reitet, norunt omnes, quibus non ignotæ ſunt fabulæ; Sed unde eine Mährlein, it. Mähre, vid. canticum in feſto nativ. Domini uſitatum, ita dicatur, minus eſt familiare. Annotamus igitur, quod vermahren ſignificet diffamare, quod Leutmahre idem ſit ac Leumund,

ſ. Leutemund, h. e. fama; Inde Mahr eine Botſchaft. Leg. MICKEL. *Act. Schol. Vol. II. p. 18. ſ.* Addimus, quod, quamvis vox Leumund ſit media, unde & B. Lutherus, ad præceptum octavum adjecit: böſen, in phraſi: jemand in derer Leute Mund bringen, nunquam in bono ſenſu accipiatur.

5. Imprecationes diras pro indicio ſuppoſitionis diplomatum habet MABILLON *Lib. I. c. 3. §. 7.* Sed ſolebant veteres ita anathematizare, etiam in cauſis non pecuniariis. Quis non exhorreſcit, ad Speculatoris Saxonis præfationis verba:

Drum alle die unrecht fahren,
Und felſchen was in dieſem Buch,
Den ſend ich dieſen Fluch - -
Die Maſelſucht muß an ihn bleiben,
Als ſie Gehaſi dem ungetreuen thet:

Horriſona ſunt ſequentia.

Habemus, in his terris, antiquas chartas, quæ ejusdem ſunt ſubſtantiæ. Qui perluſtrant pagellas, des Etwas, von Gelehrten Roſtockſchen Sachen, invenient exempla, e. gr. imprecationis, daß es denen Stöhrern, der Sache, gehen ſolle, wie Korah, Dathan und Abiram. Stylum ejusmodi vehementem prodit etiam poema, quod circumfertur & illuſtri calamo, falſo tamen adſcribitur, directum contra ſacrilegos. Liceat excerpere ſequentes lineas:

Wol dem in geringſten thowedder deit handeln - -
Verfulen ſkal en Lever un Lung,
Verdorren ock im Mund er Tung.
De Hend und Foet ſkälen verlamen,
Er Geſchlecht ſkal drägen der Röver Nahmen.

Sequentia ſunt terribilium terribiliſſima.

6. Injuria ſunt, in B. Virum, D. D. pariter ac in cereviſiam Roſtochienſem, quæ Autores Act. Phil. T. I. P. 4. p. 66. ſcripſerunt: daß ſeine Roſtockſchen Bücher, wegen des ſtarken Biers, nicht ſo wol gerathen, als diejenigen, welche er zu S. verfertiget. Quid enim videtur, ſi, de hac cereviſia, prædicetur idem, quod eſt inter verſiculos de laude Kniſenaci Guſtrovienſis:

*- - Zythus generoſior ille,*
*Exhilarat juvenes roborat atque ſenes.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002345227/phys_0025
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002345227/phys_0026
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002345227/phys_0027
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002345227/phys_0028
DFG

. Omnia igitur vel ſunt vana, vel accidentalia,
tio phyſica. Allegatis exemplis addimus hodie
IDXCIII. d. 12. Jan. in quo Facultas reſpondebat
en, zu Neukohr, daß Hans Levizowen zu Dölitz
e, einen eilf Wochen und zwey Tage, nach ein-
gen, verſtorbenen, obwol derſelbe am Kopf ver-
der Stelle noch Wehtage empfunden, beſchreyen
unt igitur læſionem lethalem non poſſe tamdiu
ii non captant dies criticos, ſed expectant caſu-
i noſtri ſunt.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

## COROLLARIA.

atium floſculos: Wen he an de erſte Läzen ſtickt
al lange nich mehr. Meditantes, num in illo
juridici, incidimus in antiquum modum purga-
am vel panem adjuratum, quod judicium voca-
*id.* HEINECC. *Jus Germ. L. III. tit. 6. §. 237.* Trans-
*Offerebatur homini ſuſpecto bolus vel offa, certa con-*
*m certisque precibus adjurata, credebaturque illum*
*m iri, qui delicti, cujus incuſabatur, reus eſſet.* Jam
inare poterit ideas.

van Harten ſchlahn, dicunt plebeji, quando, in
cum aliqua formidine, poſt ſollicitudinem, in
ratione, decernunt, quid tandem agere velint.
, ſi quid ad nexum faciens inciderit.

quaſen, adhibetur, quando de prodigo cibi &
o eſt. Fraaß und Qvaaß junguntur interdum.
ni gratia, ut ſolemus ſœpe vocabula facere, ni-
; An Qvaaß potum denotet, dicant alii. In lin-
Qvaſt eſſe ſpeciem fluidi, quo homines fru-
vimus ſœpe.

Maare, welche die Leute reitet, norunt omnes,
otæ ſunt fabulæ; Sed unde eine Mährlein, it.
anticum in feſto nativ. Domini uſitatum, ita di-
t familiare. Annotamus igitur, quod vermah-
ffamare, quod Leutmahre idem ſit ac Leumund,

ſ.